

- LXXXX.¹ Otho III.
DCCCCLXXXII. Anno X. rediente imperatore in Saxonia,
per Tusciam transiit et per aliquot dies Florentie mansit, ubi
a populo maximo cum honore et reverentia est receptus, ibique
reliquit in suum vicarium Ugonem marchionem de Brandeburgh,
qui septem abbatias in Tuscia construxit, inter quas est abbatia
Florentina².
LXXXXXI. Henricus I^{us}, dux Bavarorum.
MX. Anno VIII. hic venit Florentiam cum Cunegunda uxore
sua et hedificari fecit ecclesiam sancti Miniatis ad montem.³
.
LXXXXXII. Conradus II^{us}.
MXX. Anno VI, in die festivitatis sancti Romuli episcopi
Fesulani Florentini ceperunt civitatem Fesulanam, quam usque
ad fundamenta destruxerunt⁴.
LXXXXXIII. Henricus III^{us}.
MLXXXI. Anno XXX. civitas Florentina ampliata est muris
et turribus, civibus et potentia, ut in cronica Florentinorum
apparet⁵.
LXXXXXVI. Lotharius III^{us}.
MCXXVII. Anno primo maxima fames quasi totam Italiam
invasit. Florentini arcem Fessulanam eiecerunt, que sola in
monte remanserat.⁶
LXXXXXVIII. Federicus I^{us} de Soavia dictus Barbarossa
.
MCLXXVII. Anno XXV. inceptum fuit Florentie primum
bellum civile, quod fuit inter consules qui civitatem regebant
et illos de Ubertis⁷, que antiqua styrps erat et nobilis; quam
dicitur fuisse descensam ab Uberto filio Lucii Catheline Romani.
LXXXXXVIII. Henricus⁸ V^{us}, Federici Barbarosse filius, im-
peravit annis VIII. MCLXXXII. Anno primo cum exercitu suo transiit,
in Apuliam, in qua plures cepit civitates et castra usque Neapolim,
ubi stetit per tres menses, postea Romam rediit, et Romanis dedit.
Tusculanum. MCLXXXIII. Anno III.⁹ solis defectio VIII^a Kal.
Iulii a tertia usque ad nonam. MCLXXXV. Anno III. rediit in
Apuliam et transivit in Siciliam, quam sibi subiugavit. Et Tancre-

1) Diese Ordinalzahlen stehen alle roth, die Jahrzahlen alle schwarz am Rande. 2) Cf. Giov. Villani IV, 2. 3) Cf. ib. IV, 5: Questo imperadore e la detta (Cunigonda) sua moglie stettero a Firenze e feciono reedificare la chiesa di Santo Miniato. 4) Cf. ib. IV, 6. 5) Cf. ib. IV, 8. 16. 6) Cf. Ptolem. Luc. Ann. ad a. 1125; Villani IV, 32 und Cod. Neapol. bei Hartwig II, 272, beide ebenfalls zum J. 1125. 7) Vgl. die Annalen von S. Maria Novella, bei Hartwig S. 40; Ptol. Luc. Ann. ad a. 1177; Villani V, 9; Cod. Neapol. p. 273. 8) Das petit Gesetzte alles aus Martin. Oppav. 9) Das Jahr hat der Autor willkürlich eingesetzt.